

autores etiam reperiatur: tamen cum usus  
& vires ejus non omnibus notae sint: placuit,  
id huc transferre. Convenit autem cuique  
ætati & sexui, lenit alvum, obstructum liene  
aperit, ventriculum confortat, humores  
melancholicos expellit. Quibus paralysis  
metuenda est, apprimè convenit. Hi, uti &  
apoplectici, quavis septimanâ, bis sumant,  
horâ unâ, ante epulas vespertinas, cum suc-  
co rosarum, quâtitate avellanæ, adhibitâ ro-  
tulâ ex oleo fœniculi. Ad capitis fluxiones  
usurpat per duos aut tres dies, cum succo  
aut syrupo glycyrrhizæ, vel rhapsontici. Ad  
tusses & apostemata, cum syr. fœniculi aut  
violarum, præsertim æstate.

Tabidis datur cum syr. glycyrrhizæ; præ-  
dominante verò ariditate & calore, cum syr.  
violarum, horâ unâ ante cœnam. Ictericio  
exhibetur cum syr. rhabarbari, manè & ve-  
speri, horâ unâ ante epulas, per tres dies. Ad  
menses ciendos, cum syr. violarum, aut alio  
convenienti. In torminibus, cum syr. men-  
thæ, bis de die. In dolore ventriculi, cum syr.  
rhapsontici. Hydropicis, cum syr. absinthii  
aut sambuci, interdū bis. In melancholia &  
splenis obstructione, iteq; epatis, cū scirrho,  
datur cum syr. rotato solutivo & rhabarba-  
ro. Si febris adsit, cum succo violarum, vel  
rosarum. In Quartanâ, cum syr. absinthii.

In